dicta quantitate victualium et vini, quam pro predicta secre-
cia similiter dare tenebantur per predictos terminos curie
nostre vel quibus mandaremus integre exhibenda.

/ Verum quia Matheus de Riso de Messana fidelis noster
in nostra presencia constitutus petiit, dictas cabellas dicte
secrecie necnon et proventuum et iurium salis Sicilie,
que, ut dictum est, concesse fuerant per excellenciam
nostram predictis iudici Peregrino et sociis, sibi concedi pro
toto presenti anno VI. indictionis, et obtulit se inde
curie nostre daturum predictam summam pecunie vic-
tualium et vini, pro qua concesse fuerant eisdem iudici
Peregrino et sociis, videlicet pro cabella secrecie uncias
auri decem et octo milia octingentas quinquaginta sep-
tem tarenos IIII grana XIII ponderis generalis, frumenti
salmas $\overset{II}{M}$ $\overset{III}{C}$ IIII thuminos II½, ordei salmas $\overset{VIIII}{C}$ XC
thuminos II et vini salmas $\overset{V}{C}$ IIII ad salmam gene-
ralem, et pro dicta cabella salis totam et integram illam
quantitatem pecunie, quam Bartholomeus Acconzaiocus
et Laurencius Ruffulus olim magistri ~~procuratores et~~
portulani et procuratores Sicilie de proventibus et iu-
ribus salis tempore eorum officii pro anno uno com-
pleto ad plus nostre curie pure et liquide dederunt
debent et dare debebunt, sicut apparebit per racio-
nem eorum, quam de eodem officio salis posuerunt
coram magistris racionalibus supradictis, et ultra totam
quantitatem ~~eandem, ut superius est expressum~~ ipsam
alias uncias auri $\overset{II}{C}$ ponderis generalis, in quibus dicti
iudex Peregrinus et socii augmentaverunt cabellam